

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johannes Corfinius

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Corfinius, SS.
Theol. D. Moralium Professor, & Pastor D. Mar. Ad Exequias Quas Viro Iuveni ...
Dn. Bartholdo Gerdes, I. U. Candidato ... Cives Academicos universos officiose
invitat**

Rostochii: Kilius, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447096>

Druck Freier  Zugang



Corfinivs, J.,

in B. Gerdes.

Rostock. 1653.

56



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777447096/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447096/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777447096/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447096/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777447096/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447096/phys_0004)

DFG

58.

PROGRAMMA
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
JOHANNES CORFINIUS,

SS. Theol. D. Moralium Professor,
& Pastor D. Mar.

Ad
Exequias

Qvas

Viro Juveni

Praeclaro & Eximio,

**DN. BARTHOLDO
GERDES, I.V. Candida-**

to dignissimo,

Fratri suo charissimo,

Marentes Frater, Sororesq; in ade D.

Mar. parabunt, Hor. I.

Academicos universos
officiosè invitat.

• 8(0) •



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.

ANNO DIC. 156, LIII.





Aximum humanæ incogitantiæ
indictum est , qvòd alios qvotidie,
è vitâ discedentes cernamus , mortu-
osq; ad sepulchra comitemur , ne que-
ramen ad instantem nos cautè & e-
nixè apparemus emigrationem . cùm
nihilominus morti proximi simus :
moribundorum cæterorum vitam finiri intuemur , &
postea jam finitam esse pronunciamus , nostram verò
actutum qvoq; finiendam esse , vel suaviter obliuisci-
mur , vel expendimus perfunctoriè , cùm tamen istâ me-
ditatione nihil optabilius sit , qvippe qvæ oculos ani-
mosq; excitat ad cœlestia & æterna lustranda . Via-
tores qvi se itineri aptant , maturè evolvunt , semper
pergendum esse , cùm non nisi passibus continuò iteratis
ad urbem optatam peruenire queant , sed quotusquisq;
corum , qvi ad coelum se tendere perhibent , de passi-
bus pietatis continuandis sollicitus est , cùm tamen in-
hoc itinere rectè confiendo plurimùm faciat , si qvis
qvotidie in suscepto pietatis cursu , & meditationum
studio fervidè pergat , hac enim ratione metam exo-
ptatam obtinere licebit . Optimum ergo fuerit diebus
noctibusq; singulis pietati litare , & ad extremum iter
se accingere , qvod ipsum qvi cautè observaverint ,
se exactissimam salutis perennis rationem habuisse ,
æternum gaudebunt , neq; istis mors repentina jactu-
ram aliquam conferet , cùm imparatos non offendat ;

Min-

Ministri etenim fidi accessum Domini qvovis momen-
to præstolantes , illum lætanter & intrepidè excipere
qveunt , sive noctu acceleraverit , sive interdiu . Ne-
qvaquam ergò casu miserabili oppressum esse existima-
bimus Virum Juvenem , Præclarum , Eruditissimumq;
DN. BARTHOLDUM GERDES , Juris Can-
didatum & Philologiæ Cultorem insignem , qvamvis
nece subitanèa fuerit avocatus , talem etenim in hac vi-
tæ statione se gessit Christi Athletam , qvi quotidie
ad emigrandum promptissimus esset . Hujus Civis A-
cademicij Egregii vitam virtutesq; cum fraterna ma-
nus Viri Juvenis Præclari & Eruditissimi DN. JOA-
CHIMI GERDES , Juris Candidati dignissimi ,
delineaverit , eandem descriptionem publicis commit-
tere typis convenientissimum erit . Sic verò illuc :
Qvod ad beati nostri civis , Viri Clarissimi ac Doctissi-
mi Domini BARTOLDI GERDES , Juris Can-
didati , & Philologiæ cultoris vitam attinet , natus is est
in Anseaticâ civitate Wismariâ , anno Servatoris
clo loc XI. nono Kalendarum Aprilis . Parens ei
fuit Vir Consultissimus & Amplissimus . DN. MAT-
THÆUS GERDES , J. C. pius , justus , gravis , ac
modò dictæ civitatis primum , deinde Stralsundia
Syndicus spectabilis . Mater , matrona pientissima ,
HEDEVIGIS REICHA . Proavus paternus ,
Vir amplissimus HENRICUS GERDES , Con-
sul hujus civitatis prudentissimus . Proavia paterna .
ELISABETHA , BRANDANI SCHME-
DES , Consulis Wismariensis , filia . Avus paternus ,
JOACHIMUS GERDES , civis Rostochiensis
seniò venerandus . Avia paterna , matrona honestissi-
ma CATHARINA , Matthæi filia , CRUGERIA .

A 2

Avus

A vus maternus, BARTOLDUS REICHIUS,
J. C. a magno illo Caselio, egregiō honoratus Elogio,
Illustrissimis Principibus Brunsvicensibus DN. HIN-
RICO juniori, ac JULIO a consiliis, nec non illius
jamdicti HINRICI viduæ SOPHIAE ex Jagellanicā
oriundæ stirpe, bis in Poloniā Orator nobilissimus, atq;
Ecclesiae Cathedralis ad B. Blasium, qvæ Brunsvigæ est,
Decanus. Avia materna, optima matrona SOPHIA
KONIKE. Hocce filiō auctus patens D. MATTHÆ-
US GERDES, statim illum per regenerationis laya-
crum, sacrosanctæ Ecclesiæ annumerandum, & a teneris
unguisculis Pietate, bonis literis, & gestuum elegantiâ
pro virili educandum curavit, initiò privatis Præcepto-
ribus, postea, cùm ætas capax videretur, V. Cl. M. AN-
DREÆ HELVIGII, Gymnasii Stralsundensis
Rectoris curæ traditum. Quo in ludo ita Latinæ,
Græcæq; linguae, ac humaniorum literarum cognitio-
ne profecit, ut in annuis examinibus incredibilem dili-
gentiam navatam, discendiq; ardorem probaverit, con-
discipulisq; palmam dubiam fecerit. Hunc ipsius pro-
gressum eō loci, utriusq; parentis præmaturus ab iru s in-
terpellavit, qvi anno salutis humanæ cl. Ic XXV. in-
secutus est. Eō enim factum fuit, ut cum fratribus & so-
roribus qvibusdam Stralsundiā Rostochium commi-
grarit, ac Dn. JOACHIMO Schützen/ Consule hospi-
te usus, in ludo oppidano sub doctissimis Viris M. HIN-
RICO VULPIO, & EWALDO RIBIO Rectori-
bus, feliciter telam ortam pertexuerit. Paucis annis pōst
a Tutoribus Gustrovium missus, hospitioq; a Reveren-
do & Præclarissimo Viro M. DANIELLE MICHAEL-
E, Pastore templi cathedralis, & dehinc illius loci Su-
perintendentē exceptus, ibi scholam frequenter it. Gu-
stro-

stroviō revocatus Rostochium rediit, a Viro incompara-
bili D. PETRO LAUREMBERGIO cooptatus, fi-
lliūq; unici studiis p̄fectus fuit. Cui Hospiti sese pluri-
mum debere, nunquam non fassus est. Obruebant sub id
tempus velut decumani fluctus Meglenburgensem Pro-
vinciam bellici motus, itaq; Tutorum venia in Ducatum
Luneburgensem se contulit eō animō, ut propius a Viro
summo D. CONRADO HORNEJO, Ad fine hono-
rando remotus, suis melius studiis consulere posset. Qvē
Helmosteti invisit, ac qvamdiu facultates ejus sinerent,
corām consuluit. Inde in Holsatiam contendens, con-
sultissimi, atq; Excellentissimi Viri Dn. HINRICI
RHANII Icti, Consobrini sui ope, Generosi ac Incliti
Herois Dn. DIONTSII de Pudevels, Dn. in Grambo,
& Sereniss. Daniæ, Norvegiæq; Regis, Dn. CHRISTI-
ANI IV. gloriose memorie Consiliarii, filiorum duo-
rum studia & mores, i p̄tos IV, annos moderatus est. Cūm
verò anno Sospitatoris clo l̄c XLIII. Holsatia ac Cim-
bra hostili irruptione infestarentur, herum suum non-
solūm in Daniam, sed Legatum in Poloniā comitatus,
ac egregio Prudentiæ cumulō ex illo itinere auctus est,
Ab eo ex legatione Polonica reduce bonā gratiā dimis-
sus, Viri Excellentiss. D. HINRICI ERNSTII Icti, &
Antecessoris consiliō, in eqvestrem sese Danorum Aca-
demiam Soram recepit, Illustrisq; Viri Dn. HINRICI
RAMELII, tunc temporis Academiæ Pr̄sidis, jam
Regni Senatoris, admirandæ indolis duob. filiis adole-
scensculis Magister electus, tamdiu eo munere funet' est,
donec uterq; discipulus, eximium par germanorum, ma-
ximō parentum, non minore ejus mœrore, naturæ debi-
tū persolvissent. Post hæc, cūm multis ab annis sorores,
amicam, consobrinum, amitinos & Amicos non salutas-
set,

set, peculiumq; paternū præsentiam ipsius efflagitasset,
præcipitante anno cīc līc L. Rostochium abiit, ibiq;
bonis, doctisq; omnibus acceptus, nemini molestus vi-
vens, suarum rerum sategit. Namq; probā, qvam su-
prā demonstravimus, educatione rectas de rebus opini-
ōnes imbibet, animum semper ad ipsius datorem eri-
gens, ejus, qvoad fieri poterat, voluntati obseqvi anni-
tebatur. Hinc illa nunquam silenda Pietas; hinc Vir-
tutum omnium concentus; hinc vitiorum odium, ac for-
tis à Deo ipsi impositæ constans tolerantia, ac ejusmodi
adfectuum usurpandorum peritia in eo eminebant, ut
Philosophiam ab Epicteto duobus expressam verbis, vi-
tā ostendere qvotidie animadverteretur. Appropera-
bat fatalis ille dies, qvi nec cogitantem, licet minimè im-
paratum prostravit, ac cum eo præ mærore ægrè prope-
modum spiritum trahentes germanum, froroes. Amicos
reliqvos omnes. Cùm enim nocte, qvæ X. Kalend. Apr.
præcessit, inquietari cæpisset adversà valetudine, mane
seqventi horā sextā lectō surgens, sese parum placidam
noctem transegisse, conquestrus est, doloribus sinistræ
auris (qvæ olim gravicasu saucia sanguine stillasset) se la-
borare dictans; sed exorari nequivit, ut quieti sese ite-
rum daret, ac Medicorum consilium exploraret, qvòd
vigilando forsitan dolores facilius se superaturum cre-
deret, igitur sese vestivit, ac seqventibus horis cum adfi-
ne suo, ac germano negotia qvædam expedivit, subinde
tamen manu ad ægram aurē admotā, casū suprà comme-
moratum recensens, parūq; bellè sese habere indicans.
Prandiō cum domesticis non aliter ac solebat placide,
faceteq; peractō, nullum signum ejus, qvæ postea super-
stites terruit, mutationis præ se ferens, ad fraternum mu-
seum remeavit, finem impositurus omnib;, qvæ accepta
erant,

erant, negotiis. Quod etiam successit, ad horam usq; quartam. Qvā
clapsā, proprium museum petens, inde ad sororem hospitam post ali-
quod spatum reversus, jam serio gravissimos dolores capitis, ac horro-
rem qvendam corporis ostendit, unice lectum calefactum urgens.
Qvem, cum ad votum, impetrasset, pulvinis calidis capite & pedibus
fotis, scilicet inibz doloris vehementiam circa aurem incusavit, Deiq;
auxilium, ut etiam deambulans & accubans consueverat, imploravit.
Sperantes sorores, & germanum, si saltem placidō somnō occuparetur,
punctiones pedetentim imminutum iri, ipse in sententia confirmare
visus est, obrepente profundiore pedetentim somnō, qvem tam enge-
mitus editi qvandoq; interturbabant. Mœstissimæ, ac morbi even-
tusq; prorsus ignaræ germanæ, qvæ ægrotanti aderant, qvod decum-
bentis proposito primō diluculo futurum erat, virum Experientissi-
mum D. JOHANNEM BACMEISTERUM acerendum cu-
ravere, qui adventans familiaris sui, qvem ægrotare non antè audi-
erat, qvam coram prospiceret, tam subita vicissitudine consternatus,
cum quidem consiliò in arenā captō, aliquod præscripsisset remedium
ex officina adferendum, ægroq; applicandum, subinde attentato arte-
riæ pulsū, & balsamō naribus allitō, re perspectâ, vitæ terminum immi-
nere dixit. Atq; effato eventus, proh dolor, tristissimus respondit.
Morbi, & mortis causa sine dubio catharrus frigidus extitit, ex capite
in asperam arteriam destillans densius, ac tandem respirationem im-
pediens, qui, adstantibz Dn. Medicō, germanō, sororibz, & ægrot-
tantis Affine, ac vicinis accitī feminis, fratri desideratissimo oculos
clausit tam molliter, ut nullum signum, quemadmodum in morienti-
bus qvibusdam fieri solet, gravioris luctæ ore, manibz, pedibz exhibe-
ret, sed vitæ tranquillissimè anteactæ parem exitum sortiretur optimus,
& longiore vitæ dignissimus virorum. Accidit illud eā ipsā die,
qvā jā annō ætatis XLII. fermè complerò, olim vitalem auram ma-
gnō parentum gaudiō hauserat, circa horam quintam matutinam.
Fuit illud, fuit profecto nimis subitum fratrum, sororumq; tantā inter-
sese concordiā vitam degentium, ac sese magno amore prosequen-
tiū, per vitæ Autorem, divortium! Verū qvisqvis nubis, floribz, um-
bræ indolem non prorsus ignorat, exemplaq; communis vitæ haut osci-
tantur observat, non potest qvī sibi afflictissimi mortalium dictum
in memoriam revocans pronunciet: *præcisi sunt dies ejus, numerus*
mensi-

mensum penes te est, determinationes ejus fecisti, quibus non transgrediar.
Item sapientis Ebræi: grata Domino erat anima ipsius, propterea festinavit eum tollere ex improbitatis medio. Ipse vivit iam, & præreptus, quæ divinatione eum sœpe numero plus quam oportebat, excruciant, futuris Malis, piissimis parentibus, & quos præmisserat fratribus aggregatus Deo Suo, in quo heic quantus quantus erat vivebat, fruitur. Qui superamus, jure merito nos splendidi ingenii, exquisiti judicii, exactæ memorie, raræ eruditionis virō, &, qui Epictetum suum imitatus fidos & verecundos Reip. cives in posterum instruere potuisset, &, quod rei caput est, verò Christianō spe citius privatos esse dolemus. Sed ita Optimo Maximo Deo placuit, quō suum reposcente depositum (uti Hiob & Epictetus uno loquuntur ore) non malos imitari ~~rege~~ ^{rege}, ac indignari, sed sapientissimo ejus regimini acqvescentes, in veram patriam relato lætam censoriā die cum corpore conjunctionem; adfiliissimis fratribus, sororibus, agnatis firmum à sancto profectum spiritu solamen apprecafas est.

Hæc ipsa fuere, quæ mens & manus conjunctissimi germani de fratribus beate defuncti transacto vitæ curriculo, & felici emigratione consignavit. Laudatissima sane & luculenta satis Viri Juvēnis Eruditissimi dona, sive judicii acumen, sive promptitudinem eloquii, sive ingenii dexteritatem respicias, conspiciebantur, quæ si in functione publica orbi evidentius explicare potuisset, haberet procul dubio, de quibus sibi Studio sa Juventus gratularetur. Veruntamen mundanis illum diutius arctari & concuti molestiis, divina benignitas haudquaquam admissit, sed ad caelestem Academiam, donis bonisq; consummatissimam, in hoc ætatis flore, cum quadragesimum ætatis annum jamjam absorluturus esset, avocavit.

Nostrum erit, Cives Academicæ, hodiernum funus comitatu frequentissimo exornare, & extremum deductionis honorem Civis Academicus egregio promptissimè exhibere, quod non duntaxat Defuncti Virtus, sed cum Dn. Fratre Agnati & Propinqvijure suo postulan: Horum itaq; exspectationi satisfacientes, ad deductionem, quæ in æde B. Virginis Horā I. instituetur, freqventiores conveniamus, & operâ eadem

Nutriculam nostram Academicam Deo immortali serio com-

mendemus. P.P. Rostochi XXIX, Martii

Anno 1653.

(S) (O) S



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777447096/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447096/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777447096/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447096/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777447096/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777447096/phys_0016)

DFG

erant, negotiis. Quod etiam succedit, ad horum
 elapsa, proprium museum petens, inde ad for-
 quod spatum reversus, jam serio gravissimo d-
 rem qvendam corporis ostendit, unicellect
 Quem, cum ad votum, impetrasset, pulvinis
 fortis, sciscitantibus doloris vehementiam circa
 auxilium, ut etiam deambulans & accubans co-
 Sperantes sorores, & germanum, si saltē placet
 punctiones pedentim imminutum iri, ipse i-
 visus est, obrepente profundiore pedentim i-
 mitus editi qvandoq; interturbabant. Mœst-
 tusq; prorsus ignorare germanæ, qvæ ægrotanti-
 bentis proposito primō diluculo futurum er-
 imum D. JOHANNEM BACMEISTER
 travere, qvi adventans familiaris sui, qvem a-
 erat, qvam coram prospiceret, tam subita vi-
 cùm quidem consiliò in arenâ captô, aliquod
 ex officina adferendum, ægrotq; applicandum,
 riæ pulsu, & balsamô naribus allitô, re perspec-
 nere dixit. Atq; effato eventus, proh dolor
 Morbi, & mortis causa sine dubio catharrus
 in asperam arteriam destillans densius, ac tan-
 pediens, qvi, adstantibûs Dn. Medicô, germ-
 tantis Affine, ac vicinis accitîs feminis, fratri
 clausit tam molliter, ut nullum signum, quem
 bus qvibusdam fieri solet, gravioris luctæ ore, i-
 beret, sed vitæ tranqvillissimè anteactæ parem-
 mas, & longiore vitâ dignissimus virorum.
 qvâ jam anno ætatis XLII. fermè completô, ol-
 gnô parentum gaudiô hauserat, circa horam
 Fuit illud, fuit profecto nimis subitum fratri
 sese concordia vitam degentium, ac sese ma-
 tium, per vitæ Autorem, divertium! Verum qv-
 bræ indolem non prorsus ignorat, exemplaq; cu-
 tanter observat, non potest qv in sibi adficiens
 in memoriam revocans pronunciet: *præcisi-*



the scale towards document

Patch Reference Number on UTT
Patch Reference Chart T263 Serial No. 032

Image Engineering Scan Reference Chart